

Brevissima Introductio
ad
Processum Post-Curiale,
in gratiam eorum,
qui recens Aulam Polonicam accedentes,
causis in ea sunt invigilaturi,
comunicata.

à
Matthia Richtero
Syadico Elbingen.
A: 1660.

In primis sciendum est, Divum Stephanum glorio-
sæ memoriæ olim Poloniae Regem in ordinando Tribuna-
li Regni Generali de A. 1578. certas causas et actiones
excepisse, iudiciorum Regio suo post Curiam iudicandas re-
servasse, quæ vulgo dividuntur in Criminales et Ci-
viles.

Causæ Criminales sunt fere sequentes:

1. In recenti facto cadis, vel vulnerum vel tumultus facti,
vel alterius cuiuslibet violentiæ deprehensorum et
captorum ibi, ubi Regia Maiestas tunc cum Curia com-
morata fuerit.
2. Nobilis capti violentiam inferentis civibus, ex remissione
pro informatione.
3. Civium non iuxta Statutum Thorunense contra Nobiles
procedentium.